

runt predictam salinam cannarum solverunt predicto domino. Petro. cannensi episcopo integram decimam predictae saline cannarum. Interrogatus de tempore dixit quod fuit tempore domini nostri Imperatoris. et usque ad hec felicia tempora domini nostri Regis Manfredi. Interrogatus de loco dixit quod fuit in Barolo § Goffridus de comite Alamagno de Barolo iuratus et interrogatus de omnibus supradictis dixit Idem ut predictus petrus romanus. § Iacobus de universa de Barolo iuratus et interrogatus de omnibus supradictis dixit se scire. quod dominus petrus cannensis episcopus consuevit percipere et habere decimam saline cannarum et ipsam decimam percepit et habuit interrogatus de causa scientie dixit quod dominus Alexander spina. et dominus nicolaus Atena de tempore quando procuratores Curie in terra Baroli exercuerunt solvere ipsa presente et vidente, eidem domino Petro Cannensi episcopo decimam saline cannarum interrogatus de tempore dixit quod dominus Alexander spina solvit eidem episcopo decimam in anno quaterdecime indictionis. et dominus Nicolaus frecia in anno quaterdecime indictionis proximo preteritis. § Robertus de sire Guirrisio iuratus et interrogatus de predictis omnibus dixit idem ut predictus Iacobus de universa. § Petrus filius Rogerii de Barolo *etc.* dixit se nichil scire. § Goffridus de caradeo de Barolo *etc.* dixit ut predictus petrus romanus. § Barnabas cimbarullus de Barolo idem *etc.* § Guillelmus de galiberto idem ut proximus *etc.* § Guillelmus de argentera *etc.* se nichil scire. § Matheus de dionisio de Barolo *etc.* idem ut petrus romanus et addidit quod cum ipse tempore domini Imperatoris bone memorie emisset cabellam saline cannarum tunc de mandato curie solvit decimam predictae saline domino arturio tunc venerabili cannensi episcopo. § Iohannes Maccarius idem *etc.* ipse fuit cabellotus predictae saline. § Pascalis de umfredo *etc.* se nichil scire. § Andreas de risando *etc.* dixit ut Matheus de dionisio. § Danesius de paladino *etc.* § Bar-